



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Die Sabatthi.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

Solide devotionis exercitia, 49

quem ex Apostolorum fuga, Petri negatione, Iude  
preditione, Caipha sententia sensit. Infanda quæ  
sterius passus est, velamen, quo ejus oculi fuere  
velati, irrisiones apud Herodem, accusationes  
apud Pilatum, &c. Et per hæc omnia peto recipro-  
cum ac debitum ex parte mea amorem JESU mei,  
solatium in angustiis & afflictionibus meis, forti-  
tudinem in adversis, mundi contemptum, resig-  
nationem in divinam voluntatem, promptamque  
obedientiam.

Dic Veneris.

Ofero tibi mi Deus inter spineam coronati-  
onem, illusionem, inter clamores: Tolle,  
tolle, crucifige, inter flagellationem, contumelio-  
sam crucis bajulationem & crucifixionem, JESU  
mei mansuetudinem. Et per hæc omnia peto amo-  
rem Crucis, constantiam in divino servitio, imi-  
tationem mansuetudinis erga hostes, contumelias,  
vel etiam acerbiora mihi inferentes. Demum  
gratiam amarè defendi peccata propria & aliena.

Die Sabbathi.

Ofero quinque sacra JESU mei vulnera, latus  
eius per fostrum, sacratissimum inde cum aqua  
effusum sanguinem reliquum, doloris gladium,  
qui ideo pertransivit animam benedictæ ejus Ma-  
ris. Ofero septem ultima in Cruce verba cum  
infinito erga Deum & homines amore prolata.  
Demum horas, quibus in Cruce pependit, & in  
sepul-

sepulchro jacuit. Et per hac omnia peto continuam passionis sacrosancta memoriam, veniam pro omnibus meis sensualitatibus, & corporis blandimentis, demum singularem erga sacra quinque vulnera devotionem, in iisque fiduciam usque ad ultimum vita halitum.

## Dic Dominica.

**O**ffero animarum è limbo liberationem, resurrectionem Redemptoris mei, cum Discipulis ac Apostolis amabilem in splendido ac immortali corpore conversationem; demum gloriosam in calos ascensionem; & Spiritus sancti super congregatos Discipulos missionem. Et per hac omnia peto constantem à jugo Diaboli liberationem, ex veteri Adam resurrectionem, novi hominis inductionem; ut dignum fieri merear habitaculum Spiritus sancti.

Omni die subjungitur Oratio Ecclesiae. Ego volo celebrare Missam, &c. & Oratio Chrysost. Domine Deus emitte manum tuam de S. habitaculo tuo, & corroborame ad propositum mysterium tuum, ut citra condemnationem assistam metuendo Altari, & immaculatum Sacrificium peragam.

Dein ante & post Missam prorumpere potes in affectus sequentes.

**A**doro te mi Deus, & quia nimis vilis est adoratio mea. Offero tibi adorationes, quas incessanter tibi faciunt sacra Christi humanitas, B. V. & Sancti in Ecclesia in celis triumphante, & in terris militante.

Amo